

# SCRIPTA

**Numéro Scripta** : 3962

**Auteur(s)** : Philippe III le Hardi, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Montebourg, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1284, août

**Lieu d'émission** : Paris

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de Montebourg de posséder leurs acquêts.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1034, p. 267-268.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum abbas et conventus Montisburgi, Constanciensis dyocesis, finaverint, juxta tenorem ordinationis nostre, cum ballivo nostro Constantini, finationem hujusmodi recipiente pro nobis, super retinendis perpetuo acquisitis post tempus nostra ordinatione prefinutum ; que sunt hec, videlicet : a Guillelmo de Vernone, VII libre turonensium annui redditus, de dono ; item, ab eodem, LX solidi ; item, VII libre ; item, XL solidi ; item, una petia terre, in qua sita est granchia dictorum religiosorum apud Gonnunvillam, de dono Ricardi de Reveriiis, XXXV solidi ; item ab eodem, VII solidi III denarii ; de dono Benedicti de Lovelon una pecia terre apud Auguevillam ; de dono Thome Hopequin, XXI solidi III denarii ; de dono Ricardi Pinabel, situs granchie apud Gonnouvillam ; de dono Guillelmi de Auvilla, presbiteri, unum maisnagium cum una pecia terre ; de dono Johannis Malet, militis, LX solidi ; de dono Ricardi Le Herichie, una pecia terre ; de dono Radulfi Le Touse, unum molendinum cum pertinentiis suis ; de dono Petri de Nerbone, III quarteria frumenti ; de dono Radulfi de Monasteriis, scutiferi, VI boisselli frumenti ; de dono Ricardi Pinabel, VIII quarteria frumenti ; de dono Ricardi Eudonis, X quarteria frumenti, XIII solidi et IX denarii pro regardis ; de dono Grafari, III boisselli frumenti, III quarteria avene et dimidius boissellus, unus panis et due galline ; de dono relicte Nicholai Ruffi, X boisselli frumenti, II panes de turonensibus, II capones ; de dono Galteri Hare, XV quarteria frumenti ; de dono Ricardi Carbonel, militis, III quarteria frumenti ; de dono Johannis Magnificat, presbiteri, sex boisselli frumenti, II panes, II galline ; de dono Johannis de Sancto Maculfo, militis, sex boisselli frumenti, I panis, I gallina ; de dono Roberti des Mollans, V quarteria frumenti ; de dono Ricardi de Monasteriis, presbiteri, VI quarteria frumenti et II boisselli frumenti ; de dono Henrici de Bosco, I quarterium frumenti ; de dono Ricardi de Reveriiis, terra cum nemore apud Montem Roout ; item, per empcionem a Rogero de Karetot, III quarteria frumenti, IX solidi IX denarii pro regardis et denariis ; a Johanna filia ejusdem Rogeri de Karetot, XXI boisselli frumenti, III panes, III gallinas ; a Radulfo Godefredi, XV boisselli frumenti, I panis, I gallina ; a Nicholao de Osouvilla, presbitero, V quarteria frumenti et XXI denarii pro regardis ; a Guillelmo Mansel juniore, I quarterium frumenti, III panes, III galline ; a Jordano Bisel, II boisselli frumenti ; a Johanne Le Veneor, milite,

XV quarteria, III boisselli et dimidius frumenti ; item ab eodem, unum pratum ; item, X quarteria et unus boissellus et dimidius avene ; LXVIII solidi et IIII denarii et III denarii pro regardis ; a Ricardo dicto Herede, III boisselli et dimidius frumenti, I panis, I gallina ; ab Adam Peisson, XVIII denarii ; a Roberto le Bouvier, VIII denarii ; a Ricardo Peisson, I boissellus frumenti ; a Ricardo Auveredi, XIII boisselli frumenti, I panis, I gallina, a Roberto Loisel, I quarterium frumenti ; a Ricardo de Othevilla, milite, XLII solidi et XIX denarii pro regardis ; a dicta Torta de Dumo, II boisselli frumenti. Nos dictam finationem ratam et gratam habentes, concedimus, quantum in nobis est, predictis abbati et conventui, ut ipsi perpetuo dicta acquisita cum homagiis et pertinentiis premissis tenere et possidere valeant pacifice sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense Augusto.